



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologiæ Speculativæ Scholasticis Prælectionibus Et Exercitiis Accommodatæ Libri IV

Haunold, Christoph

Ingolstadii, 1678

Contr. I. Qvo sensu vera sit Forma: Ego te absolvo, respectu peccatorum
jam antè remissorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82733)

verus; sed adhuc esset verus, etiam si peccatum non præcessisset, quia etiam tunc adhuc mihi eadem probabilitate probabile esset esse verum. Multa enim falsa sunt probabilia. Denique dependenter ab his actibus elicitur dictamen prudentiæ supernaturale & dolor supernaturalis, live præcesserit, live non præcesserit peccatum, sicut imperium piæ affectionis, quo impero assensum præstandum parochi, casu quo falsum dicit (pono me obligari ad credendum) est supernaturale & meritum, licet actus subsequens in intellectu non sit supernaturalis. Hæc pro Lugone.

Ex dictis colligo clarè, in Lugonis sententia valde convenienter ad sensum S. Thomæ explicari, quomodo peccatum *ut destruendum* sit materia

remota Sacramenti, sicut aqua est materia remota statui factæ ex marmore genito ex aqua, & sicut panis sensibilis est materia remota Eucharistiæ. Nam aqua ita est materia remota & destruenda per introductionem formæ marmoris, ut tamen remaneat in marmore pars aquæ, nempe Materia prima. Et panis sensibilis ita destruitur per consecrationem, ut tamen maneat accidentia; & sic aqua dicitur transire in marmor, & panis in Corpus Christi. Pari modo peccatum habituale destruitur quidem secundum unam partem, nempe secundum negationem condonationis seu privationem Gratiæ, sed manet secundum alterum, scilicet, secundum hoc quod est, peccatum præcessisse.

CAPUT VI.

DE FORMA SACRAMENTI POENITENTIÆ.

CONTROVERSIA I.

Quo sensu vera sit forma: Ego te absolvo, respectu peccatorum jam ante remissorum.

966. **C**ertum est ex praxi totius Ecclesiæ, rectè posse eadem peccata sapientius clavibus subijci, & ab ijs sapientius absolvi. Unde nascitur difficultas & questio, quomodo possit verificari forma respectu peccati jam semel remissi, sicut enim solutio à corporali vinculo non datur, nisi immediate præcedat vinculorum ligatio, ita nec videtur quis à vinculo peccati dici posse nunc absolvi, si non amplius illo ligatus est, sed jam solutus. In hoc puncto variant AA. quorum opiniones præcipuas referam, omisiss manifestè falsis, aut obscuris.

§. I.

Aliorum Sententiæ referuntur.

967. **P**rima Opinio est Scoti & Cajetani, in casu posito subintelligi: *in quantum tu indiges.* Sed contra est: ergo in tali casu, si nullum aliud peccatum dicatur, nisi remissum, absolutio est nulla, quia, cum nulla sit indigentia, deficit conditio.

Secunda est P. Agidij Conink: ex peccato etiam remisso remanere semper quandam indignitatem, ratione cuius minùs dignus est ceteris paribus, novis beneficijs, quàm qui non peccavit, & hanc dignitatem semper in hac vita remanere; hancque, ait, indirectè minui, quatenus augetur gratia, quæ præponderat ex altera parte: sicut si Deus imprimeret plumbo quantitatem tantum tra-

hentem, reliquâ tamen ibi totâ gravitate, absolute non minueretur gravitas nisi indirectè.

Hæc tamen sententia difficultatem non tollit, & omisiss varijs impugnationibus Lugonis & Arriagæ, breviter rejicio, quia indignitas illa non est peccatum, sed effectus peccati, & quidem talis, qui, ut vult auctor, nunquam in hac vita tollitur, sicut in illius exemplo non tollitur in plumbo gravitas: quomodo ergo verum est, me à peccato absolvi? certe sicut in exemplo posito Deus non rectè diceretur auferre gravitatem, sed eam impedire per contrarium ab effectu suo connaturali, ita si indignitas illa semper manet, non dicitur verè tolli peccatum, impediendo illius dignitatis vim per collationem Gratiæ. Denique illa indignitas posset tolli, quia defacto tollitur in beatis, quatenus in illis nullum beneficium impedit, ut hic docet ipse Conink: ponamus ergo Deum promittere mihi, quoddam nolit deinceps vllum beneficium negare intuitu peccati commissi, adhuc potero ab illo absolvi: ergo independentem ab hac indignitate est præsens questio resolvenda.

968. Tertia Sententia est, verba formæ non significare in tali casu absolutionem à culpa, sed à reatu aliquo penæ temporalis remanente. Huic Sententiæ videtur ansam præbuisse S. Thomas in 4. dist. 18. q. 1. a. 3. *quæstiunc. 2. ad 4.* Ad eandem Sententiam multum, si non ex integro videtur accedere P. Esparza, qui ait, absolutionem qui-

Rrrrj

dem

dem à culpa significari tantum conditionatè, si non sit prius remissa, ut autem evitaret incommodum primæ Sententiæ, addit, absolutam significationem formæ cadere supra remissionem partialem pœnæ alicujus relicta à peccato, & quæ nunquam tollitur adæquatè in hac vita, consistitque in incertitudine de peccati remissione præcedente, adeoque caussare semper saltè levem aliquam sollicitudinem, an verè sit remissum. hanc sollicitudinem ait minui novà absolutione, quia jam est quis securior quàm antè.

Rejicitur hæc Sententia communiter & merito. Nam primò ex ea sequeretur, quòd habens revelationem de peccato sibi etiam quoad pœnam dimisso (prout aliqui Sancti habuerunt) non posset iterum subicere clavibus eadem peccata, quòd est contra sensum fidelium. Imò, ut observat Pallavicinus, ne illi quidem possent confiteri, quibus moraliter constat (sicut constare possè supponit S. Thomas 3. p. q. 84. a. 9. ad 1.) esse sibi remissa; quia non licet conferre aut recipere Sacramentum, quando moraliter constat, non fore efficacem ex defectu materiæ. Secundò, contra hanc Sententiam acutè observat idem Cardinalis, ex ea sequi, Sacerdotem gnarum, illa peccata jam antè fuisse subiecta clavibus, debere habere intentionem restrictam absolvendi à sola pœna, & nullo modo à culpa; addo ego, quòd in hunc finem teneretur cum pœnitens monere. Ratio est, quia non licet habere intentionem generalem extendentem se ad aliquem effectum Sacramentalem, quem non potest prudenter credere futurum: sicut qui haberet ante se positas decem hostias, supra quarum novem jam essent prolata verba consecrationis, non deberet habere intentionem generalem consecrandi, quiddam non est consecratum, sed consecrandi specificè illam solam hostiam determinatam, supra quam verba ante non essent prolata. Tertiò & in specie difficilis est Sententia P. Esparza; quia si res attentè consideretur, intentio ministri esset semper conditionata: *si peccata non sunt dimissa*. quæ proinde conditio, quia deficeret in nostro casu, Sacramentum esset nullum. probo sequelam: talem enim haberet intentionem, quæ sufficeret ad augendam securitatem de peccato remisso: atqui sufficeret conditionata etiam tunc, quando ex defectu conditionis esset nullum Sacramentum; quia ideo esset nullum, quia peccata jam essent dimissa: atqui Sacramentum etiam ut nullum redderet securum pœnitentem, non minùs quàm si esset validum: ergo illa securitas non esset effectus specialis valoris Sacramenti, sed eodem modo obtineretur, si ponatur Sacramentum non valere ex defectu hujus conditionis: *si nondum sunt peccata dimissa*. ergo est effectus tantum consequens ad intentionem remittendi peccata. & non directè, absolutè, ac primariò intentus, aut per verba significatus.

969. Quarta Sententia est Cardinalis de Lugo, qui cum rejecisset Sententiam communem paulò post referendam, scilicet, quòd significatio

formæ cadat directè & immediatè supra solutionem Gratia sanctificantis, docet, eam cadere immediatè supra ipsam culpam, & tamen esse remissam; *Absolve te*; etiam si non addit culpam: hæc sic explicat. Sicut non mentitur, qui post factum semel delictum, iterum rogatus dicit, se remittere, & qui semel se obligavit, & semel vovet aliquid, potest se iterum & iterum obligare, & vovere id ipsum, ita fit in nostro casu, quòd Sacerdos secundo dicit: *Absolve. vel: Remittere*. Remittere enim est obligare se per cellionem ad non vtendum jure acquisito: neque enim ad renuntiandum est necessum, quòd actus in futurum, id cui renuntiamus, sicut per peccatum iteratam renuntiamus de novo carni: potest ergo per novam cellionem novum tutum, & novam obligationem ad non vtendum persequi habuimus.

Uterius declarat discrimen inter solutionem vinculi corporalis, & vinculi spirituales moralis, quare scilicet illa prior supponat immediatè antè existentiam vinculi, & non eam posterior: & ait, quòd verba: *ego te absolvo*. relictis vinculis corporalibus habeant solum pro objecto immediato ipsam solutionem vinculi, quæ si reipsa non ponatur, erit falsa propositio: & informatio solutionis vinculi spiritualis habet pro objecto immediato non ablationem externam vinculi, sed actum voluntatis meæ, quòd intercedo jure acquisito ex officio, & obligo me ad non vtendum eo jure in eos vius, ad quos potest affirmatur ergo actus Voluntas, qui est, relictis remissio, condonatio, seu voluntas me obligandi. Vnde infert Lugo, hanc solutionem repeti potest, quia licet homo solutus à vinculis corporis non possit secundo solvi, offensam tamen potest secundo remitti, quia potest creditor iterum se obligandi non petendam rem illam.

Sententia hæc admodum ingentia phœbus impugnat ab Arriaga d. 49. §. 6. n. 1. quibus tamen, ut spero, ex dicendis sequens liberabitur; quare etiam explicat eam, & quidam communem traditurum sim, aliqua tamen in hujus Sententiæ confirmationem afferam. Duo solum hic quæ mihi in ea, vel potius in modo loquendi non placent, notabo. Diffusio nomen, quòd ponat in Deo obligationes, quæ suo loco rejeci.

Primò ergo mihi paradoxum videtur, quòd dicatur Deus per secundam condonationem obligare ad non vtendum jure, quòd aliquando habuit, jam autem non amplius illud habet ob factam prius remissionem: hoc sane esset obligare ad non faciendum aliquod impossibile: est enim impossibile uti jure, quòd modo non habet, adeoque tam absolum esse videtur, imaginari Deum dicentem: obligo me ad non vtendum jure, quòd quidem aliquando habui, sed jam non habeo; atque est: obligo me ad nolum vtendum necesse existere, ad non faciendam chymæram. Vnde cundò non placet, quòd dicit, eum, qui recipit

sua vota, novo se vinculo obstringere, & novam obligationem inducere, prout loquitur *disp. 13 de Penit. n. 83*. Aliter lego in nostris Constitutionibus s. p. c. 4. *lit. H.* ubi dicitur. [Non est obligatione novâ se alstringere, sed ejus qua obstricti sunt, in Domino recordari, atque eandem confirmare.] Verum hæc parum ad rem præsentem faciunt; notare tamen placuit.

§. II.

Nostra Sententia.

970. Communis aliorum explicatio est, verborum *Absolvo te*; esse hunc sensum: *Confero tibi Gratiam quantum est ex se reconciliativam*. Quia verò statim obijci posset, hac ratione formam fore veram, si gratia conferretur nullo vnquam peccato commisso, ideo P. Arriaga paulò distinctius sic effert. Confero tibi gratiam ex se remissivam ejus peccati, quod commisisti, si remissum autem necdum est, illud tibi remitto. Verum neque sic omnino perfectè videtur forma exposita esse. Nam licet sic exponatur commodè significatio vocis, *Con dono*; vel: *Remitto*; in præsentia tamen plùs significat vox: *Absolvo*: significat enim Sententiam Judicariam, seu, in Judicio latam. Itaque

DICO, verba *absolvo te*, esse vera etiam respectu peccatorum jam remissorum, quatenus ex impositione sua & vsu recipiunt hunc sensum: *Ego, intuitu propriæ accusationis & humiliationis tuæ de his peccatis, confero tibi gratiam collativam & exclusivam juris ad aversionem, quam tuis peccatis promeruisi; nec condignè satisfecisti*. Hoc totum defacto est verum. Quare verò mentio fiat non exhibitæ satisfactionis, ratio est, quia peccatum pro quo quis condignè satisfecit, non potest condonari, adeoque condonatio præsupponit negationem condignæ Satisfactionis.

Restat solummodo defendendum, & declarandum, quòd ex vsu hominum verba *absolvo*: *condono*, &c. sufficienter verificentur respectu condonationis radicalis, & collationis Gratiæ reconciliativæ, licet jam præcesserit reconciliatio, adeoque quòd veritas hujus vocis: *Con dono*, *absolvo*; non præsupponat negationem condonationis, sicut præsupponit negationem condignæ Satisfactionis.

Declaratur autem hic vsus hominum exemplis humanis. Quando filius offendit Patrem, eumque sibi jam reconciliavit, ita ut non possit de reconciliatione prudenter dubitare (vt est exemplum filij prodigi Evangelici) quia pater dixit, seignoscere, vel signa evidentia reconciliationis exhibuit, vt osculum, amplexum, &c. adeoque injurius esset filius in patrem, si vellet suspicari simulatam reconciliationem: in tali, inquam, casu, nemo omnium hominum prudentum est, qui negaret, laudabiliter acturum talem filium, si deinde (vt solet in Germania fieri) accessurus ad sacram Confessionem peteret priùs veniam à patre: simili

modo petunt Religiosi laudabiliter veniam suorum errorum commissorum in communitate, tametsi indubitatè sciant, eos jam esse remissos ab ijs qui læsi sunt, & nemo reprehendit dicens: *stultè agis petendo rem impossibilem*. non enim potest remitti quod jam remissum est. ergo possibile est id quod tunc petitur, nempe concessio veniæ, & condonatio secunda: ergo qui tunc dicit, *ignosco*, non dicit falsum: ergo non vult dicere, *ignosco id quod hætenus non ignovi*. ergo in tali casu illud verbum alium sensum admittit, præcipientem à præcedente remissione: scilicet: *Ego te tali affectu prosequor, qui est impossibilis cum jure ad aversionem, & si illud jus quod habui, adhuc existeret, esset illius delictivus*.

Ex quo constat, verba hæc: *Con dono*, *absolvo* &c. in vsu hominum non solum & vnicè significare actuale & formale reconciliationem & destructionem tituli ad odium, sed etiam significare destructionem radicalem. Exemplum aptissimum est in Absolutione ab Excommunicatione ad reincidentiam: quæ est vera absolutio: & tamen si postea ad evitandam reincidentiam petatur absolutio, hæc secunda absolutio est vera & simpliciter dicta absolutio, & tamen supponit jam absolutum. Et quid multis opus est? quis dicat, eum qui sciret omnia peccata sibi esse dimissa quoad culpam & penam, non posse orationem dominicam orare, dirigendo petitionem ad peccata præterita, eò quòd peteret à Deo chymeram, dicendo: *Dimitte nobis debita nostra*. Defacto verò Deus decrevit non dimittere peccata, nisi per infusionem Gratiæ: petitur ergo saltem implicite hæc infusio Gratiæ sub nomine Remissionis & Absolutionis: ergo Deus exaudiendo preces & infundendo Gratiam, rectè dicitur dimittere peccata, sine vlla improprietate verborum.

971. Obijcit huic sententiæ vnicè Card. Lugo n. 72. observando, verba Sacramentorum duas habere significationes: vnâ quam habent ex hominum impositione, antecedenter ad omnem Sacramenti institutionem: alteram mysticam ex institutione Christi. Jam ergo, quanto querimus, quomodo verificentur hæc verba: *Absolvo te*: querimus de significatione priore, non de Sacramentali: atqui ex hominum impositione non significant illa verba Gratiam sanctificantem: ergo non explicatur rectè eorum significatio per ordinem ad gratiam.

2. Ex dictis, distinguendo minorem. Verbum *absolvo* non significat ex hominum impositione infusionem gratiæ determinatè, & explicitè, concedo; indeterminatè & in confuso nego. Itaque verbum *absolvo*, significat omnem absolutionem quæ verè absolutio dici potest: atqui ex communi hominum vsu radicalis absolutio etiam vocatur *absolutio*, & infusio gratiæ est radicalis absolutio: ergo hæc absolutio significatur indeterminatè & confusè. Hinc patet discrimen inter formam hujus Sacramenti, & aliorum quorundam Sacramentorum, v. g. Baptismi: nam vox, *Abluo*,

ex hominum impositione non significat infusionem Gratiae, quia infusio Gratiae in nullo sensu est ablutio corporis, quam solam significat vox *Abluo*. At vox, *absolvo*, ex hominum impositione significat liberationem factam à culpa quocunque modo: ideo significat indeterminatè etiam eam quæ sit per infusionem gratiæ: distinguitur tamen adhuc à significatione Sacramentali, quia hæc significat determinatè infusionem Gratiae. Hoc ipsum totum reperitur etiam in forma extremæ Unctionis, quæ secundum significationem naturalem significat remissionem peccati, præcendendo à remissione extrinsecæ & intrinsecæ per gratiam; secundum significationem Sacramentalem verò significat determinatè infusionem gratiæ, quia defacto peccata non aliter dimittuntur.

Porro, quod infusio Gratiae sit propriè condonatio, adeoque significetur etiam per verbum: *Con dono*, vel *Absolvo*: tradiderat ipse Lugo in suo tomo, nam *disp. 7. n. 162. in fine* habet hæc verba. [Vnde Deus infundendo gratiam, dicitur propriè condonare peccatum, quia per infusionem gratiæ gratis destruit ius & ritulum quem habet ad odium peccatoris:] & circa medium habet hæc verba. *Per quam gratiæ infusionem dicitur formaliter condonare peccatum.*

Hanc formæ Sacramentalis explicationem videtur approbasse S. Thomas 3. p. q. 84. a. 3. ad 5. in fine dicens. [Ester autem perfectior expositio: *Ego te absolvo*, id est: Sacramentum absolutionis impendo.] quorum verborum sensus est iste, ut interpretatur Pallavicinus. Do tibi effectum Sacramentalem, cuius virtute sufficienter es absolutus à debito patiendi averfionem.

372. Post hæc, duodecim ab hinc annis dictata, nunc in M. S. Recentioris sæpè laudati, reperio aliqua quæ faciunt pro huius, & prioris sententiæ confirmatione, quæ proinde hic apponam in compendio.

Supponit ergo hic Auctor 1. verba formæ Sacramentalis poenitentiae, non esse à Christo assumpta ad aliud significandum ultra id, quod ex institutione humana ex se & extra Sacramentum significant. solum enim Christus contulit vim significandi infallibiliter, sive cum effectu conjunctam necessariò, & vim cauſandi quod significant, objectum tamen significandum non mutavit.

Supponit 2. (& est res certa & probata in Logica) aliud esse querere: quid petant voces illæ pro objecto suo, ut verificentur: & aliud, quid defacto sit illud ratione cuius defacto verificentur: non enim petunt semper voces ad sui verificationem illud determinatè, per quod defacto verificantur. v. g. hæc propositio: *Aliquis currit in foro*: pro sui veritate petit quidem, ut vel Petrus vel Paulus vel alius currat: sed non petit determinatè, ut Petrus currat, cum aequè vera esset, si Paulus curreret. Si tamen defacto

solus Petrus ibi currit, ille est, ratione cuius propositio defacto verificatur. His positis

Docet 1. Hæc verba: *Ego te absolvo*, ad sui veritatem solum exigere in genere quolibet formam, sive extrinsecam poenitentiam, sive intrinsecam, sive physicam, sive moralem, per quam peccatum hominis deletur. (hoc enim ego superius dixeram) Probatur ex suppositione. Verba illa formæ nihil aliud significant intra Sacramentum, nisi quod significant extra Sacramentum (loquendo de significatione per impositionem hominum) sed extra Sacramentum prolatæ absolute, significant formam quæ ipse condonator injuriam ab homine, ergo intra Sacramentum significant formam quæ Deus condonat injuriam peccatori.

Docet 2. hæc verba: *ego te absolvo*, defacto determinatè verificari per gratiam sacramentalem. (Et hoc ego supra dixeram) Advertemus tamen, inquit, est, quod non intendimus in hac conclusione, existentiam actualem gratiæ de presenti requiri ad veritatem formæ, sed solum ut requiratur saltè conditionalis existentia gratiæ de presenti: scilicet, sub hac conditione: si sit sufficiens dispositio. hoc advertendum per hic auctor in favorem sententiæ admittentis prædari hoc Sacramentum validum & informem, ipse sequitur. Nam in hac sententiæ non potest formæ significatum esse Gratia absolute existentia de presenti, sic enim forma esset falsa: quoniam ergo est significatum & verificativum formæ in actu quo Sacramentum est validum & informem, hoc verificativum censet esse sufficienter obligatum à S. Thoma in verbis supra à me relatis, quæ asserit, sensum formæ esse hunc: *Ego in Sacramento absolutionis impendo*. iuxta hanc explicationem forma, dum Sacramentum est validum, per actu gratiam conferat, sive non, sive homo currit & in effectu absolvatur à peccato sive non, verum est Sacerdotem actu impendere & de presenti dare Sacramentum absolutionis.

373. Sed quia nemo est, cui non diam occurat contra hanc S. Thomæ expositionem obiectio vulgaris, nempe quod hæc ratio formæ huius Sacramenti reflectat supra seipsam, id est, quæ significet seipsam in actu signato, quod videtur inconveniens, quia haberet hunc titulum sensum: *Ego dico supra te hæc verba: Ego te absolvo*. huic inquam objectioni, rejecta solent Suarezij & Lugoſis (utpote qui non evitant reflexionem, cum maximè velint) respondere auctor hoc modo. [Dicendum est, duplicem esse objectum quod significatur hac formæ. Aliud quod significatur absolute de presenti, aliud quod significatur vel de presenti, vel de futuro, sub conditione, & in utroque sub conditione: *sub conditione dispositio*. Explicat singula. Primum objectum quod significatur de presenti, & est verificativum copulæ de presenti, est ipse absolutivum copulæ de presenti, est ipse absolutivum actus, sive, sententiæ pronuntiata in causâ cognita

torum peccatorum, sive actus Judicis ex legitima potestate sententiam absolutionis pronuntiantis.

Nullum autem est inconueniens, quod verba significant seipsa secundum aliquam rationem communem (quæ est doctrina receptissima à Logicis) nam hæc propositio vocalis: *omnis vox fit ex aere repercutso*, significat seipsam secundum quod continetur in ratione vocis articulatæ.

Sed ut ad rem nostram propius accedamus, Judices omnes humani in proferendis Sententijs vtuntur formulis reflexivis seipsas significantibus. v.g. *Declaramus Petrum innocentem*, & à Jure impunitum. certè vox: *Declaramus* significat seipsam, id enim quo formaliter iudex declarat, est illa vox: *Declaramus*. Similiter est in vsu alia formula: *Addicimus Petro talem hereditatem*. quæ formula cum sit de præfenti, significat seipsam; nam ratio formalis, quâ Judices addicunt litiganti hereditatem, est eadem vox: *Addicimus*. In testamentis id ipsum apparet clariùs. Nam hæc formula: *Lego Petro hortum meum suburbanum* reflectit supra seipsam, quia testator non per aliam rationem formalem legat, quam per ipsam vocem: *Lego*. Sicut ergo in his formulis reflexivis nemo difficultatem habet, ita nec habere debet in Sententia Sacramentali, contenta verbis: *Absolvo te*.

Neque tamen ideo negatur, esse etiam immediatum obiectum gratiam Sanctificantem, sed solum negatur, quod hæc significetur de præfenti absolute vt existens, & non purè conditionaliter: negatur præterea, quod Gratia requiratur præfens, vt forma verbalis absolutionis, quæ importat copulam de præfenti, verificetur. Quod vt planum fiat, interpretor verba absolutionis per hæc æquivalentia: *Ego tibi confero meam Sententiam absolutionem, tibi simul confero realem formam remissionem peccati*, & *vi cuius*, (id est Sententiæ) *si actu non habeas debitam dispositionem* (ad recipiendâ nunc gratiam) *actu tibi confero per meam Sententiam formam remissionem peccati pro tempore futuro, pro quo debita tibi accesserit dispositio*. Contra hanc interpretationem,

974. Dices 1. Quonam pacto verificatur ista vltima clausula: [vi cuius tibi actu & de præfenti confero formam remissionem peccati, sive gratiam Sanctificantem, pro tempore futuro quo accesserit dispositio?] videtur enim hæc clausula involuere contradictoria. Si enim Sacerdos actu confert Gratiam de præfenti, gratia actu confertur & est; quod si actu non est, actu non confertur: & si actu non confertur, falsum est, Sacerdotem illum actu conferre. Denique est intelligibilis conjunctio & continuatio illorum terminum: *Confero de præfenti gratiam de futuro*.

Respondetur, Philosophos purè physicos naturales & reales solum posse hanc difficultatem movere, quippe qui solum cognoscunt collationem Gratia, quæ formalissimè sit ipsa realis productio Gratia & infusio illius in animam, & ideo nequeunt combinare hæc duo: Gratiam de præfenti conferri, & eandem tantum existere de futuro,

imò aliquando nec de præfenti, nec de futuro existere. (nempe in casu quo post Sacramentum validè susceptum, nunquam ponitur dispositio ad Sacramenti reviviscentiam.) At Philosophi Ethici, Politici, & Morales, cum quibus sentiunt Legistar, Canonistar, & Jurisprudentes, omnes probè sciunt, aliam esse collationem alicujus doni quæ est actio donantis domini, vel iudicis adjudicantis, aliam esse possessionem ipsius doni, sive rationem formalem, quâ donum ipsum possidetur à donatario, possèque donationem, vt est actio donantis, vel iudicis adjudicantis, esse de præfenti, quamvis possessio ejusdem sit de futuro, imò quamvis nunquam futura sit.

Ad dubium ergo Respondetur in formâ. Si Sacerdos actu confert Gratiam, gratia actu confertur, distinguo. Gratia actu confertur eadem collatione sive ejusdem generis & rationis, quâ Sacerdos actu confert, conceditur antecedens: diversa collatione, ratione reali, cum Sacerdos tantum conferat judicialiter, negatur antecedens. Ad id quod subiungitur: si Sacerdos confert gratiam, gratia confertur, & est: neganda est illa secunda pars: & est. quia cum Sacerdos conferat gratiam collatione adjudicativâ, quæ est actio propria Judicis, non est necessarium, quod Gratia realiter sit, juxta superius dicta: bene tamen necessarium est, quod Gratia actu sit, quando Sacerdos non solum confert gratiam collatione adjudicativâ, sed etiam collatione conjungente sibi productionem physicam Gratia, quod fit, quando subiectum est sufficienter dispositum, non solum pro valore, sed etiam pro fructu Sacramenti.

975. Dices 2. Quamdiu non infunditur Gratia, manet homo peccator: ergo non est absolutus à peccato. R. Distinguendo consequens: Non est absolutus judicialiter negatur: non est absolutus cum executione Sententiæ, conceditur consequ. sicut, si quis judicialiter absolvitur ab exilio, est quidem absolutus, sed si adhuc maneat diutius in exilio, non est absolutus ab exilio cum executione Sententiæ.

Dices 3. cum Suarez & Lugo. in nullo alio Sacramento verba formæ significant seipsa: ergo nec in hoc Sacramento. Transeat antecedens nego consequentiam; sicut ipsi adversarij negabunt istas: formæ aliorum Sacramentorum significant immediate actionem Ministri tanquam materiam proximam: ergo etiam forma hujus Sacramenti. formæ aliorum non significant immediate & formaliter justificationem suscipientis: ergo nec forma penitentia. & sic de alijs. Ratio est, quia quodvis Sacramentum habet aliquid speciale: v.g. solius Matrimonij possunt & debent duo esse Ministri: & sic de alijs. In penitentia speciale est, quod sit Judicium, & contineat absolutionem Judicalem, de cuius natura est, esse reflexæ sui significativam.

976. Hæc, vt dixi, in compendio referre placuit, ex illo Recentiore. tum in confirmationem dictorum, tum etiam, vt inde haberetur solutio

tio argumenti quo Recentiores solent probare, & (ut ipsi putant) demonstrare, Sacramentum hoc non posse esse validum & informe: nempe quia forma falsificaretur ex defectu verificativi, quia non conferret de presenti absolutionem, seu effectum aliquem physicum, qualem putant debere semper conferri, nempe vel Gratiā, vel Characterem. Patet responsio ex dictis, negando hoc esse necessarium; & habetur instantia manifesta in Sacramento Matrimonij valido & informi: in quo aliud non producit quam actio Ministri, nempe consensus internus & externus: effectus autem moralis obligationis nihil aliud physicum superaddit, quam Decretum Dei approbativum; An autem à Sacramento non producit: & tale decretum etiam in Sacramento Pœnitentiæ adest, nempe sententia divina approbativa sententiæ Ministri, juxta promissionem Christi: *Quicumque solveritis super terram erunt soluta & in Cælis*. Itaque argumentum illud Recentiorum, quod acceperunt ex P. Esparza, non evincit intentum. An autem ex alio capite repugnet Sacramentum Pœnitentiæ validum & informe, dicetur infra.

CONTROVERSIA II.

Virum possit conferri valida absolutio per solum verbum, Absolvo; ac tandem per solum, Etiam.

977. **C**ommunissima DD. Sententia est, ad minimum requiri duas voces: *Absolvo te*: quæ posita sunt in Florentino Concilio. Nihilominus Sotus in 4. d. 22. q. 1. a. 1. §. postremum: putat sufficere in aliquo casu verbum, *Absolvo*, consentit Henricus Henriquez l. 1. c. 11. n. 1. lit. *Marginali B. §. solum*: Hunc secutus nuperimè est (nec alium scio) Recentior ille Hispanus, qui vi replicarum adactus tandem eò progressus est, ut fateretur (salvo tamen meliore iudicio) fore validam absolutionem, si quis interrogatus à pœnitente: *absolvisme me à peccatis istis quæ enumeravi?* responderet: *Etiam*. Cardinalis de Lugo d. 13. n. 25. ait, certum esse quòd talis absolutio non valeret. Rationem à priori hujus certitudinis non invenio: auctoritate tamen permotus conabor respondere ad ea, quæ pro se quasi evidentia & innegabilia affert ille doctissimus Recentior, cujus Sententiam censurâ afficere non audeo, cum Romæ sit tradita. illud solum adverto, Recentiorum hunc in suis thesibus de Sacramento Pœnitentiæ hanc sententiam non ponere expressè; sed potius dicere: Formam hujus Sacramenti consistere essentialiter in his verbis: *Absolve te à peccatis tuis*.

Rationes, quas pro sua sententia affert, ejusmodi sunt, quæ neminem hæcenus latuerunt, sed nemo eas vrsit valde, quia omnes supposuerunt, auctoritati communi plus esse in hoc puncto tribuendum, quam rationibus desumptis à paritate actionum humanarum. Videamus illas.

978. Probat ergo assertionem 1. Verbum *absolvo*: prolatum in illis circumstantijs (æque post enumerata peccata per modum confessionis) significat absolutionem à peccatis hujus auctoris rei præsentis & accusati apud Judicem ex institutione & vñu hominum: ergo est sufficiens forma consequentia patet ex dictis (inquit) & antea probat sufficiens ipse quotidianus consuetus hominum, & vñs frequentissimus in educatione humana; non enim aliam significationem pro forma absolutionis expectari Christus Dominus, quàm quæ oritur, vel consistit in vñu hominum: si quis petat à Petro librum: Petro respondente *domo*: certe nullus est, qui non dicat, Verbum *Domus* in illis circumstantijs evidenter significasse omnibus audientibus donationem libri, & non alterius rei factam petentis voluntatem. quod si petisset donari sibi debitum mille aureorum, eodem verbo: *Domus* prelatum, non audientes jurati deponere possent, Petro solvisse suum debitorem à debito mille aureorum. Certe in hac re Grammatici potius consulendi essent, quàm Theologi. ita ille.

Respondeo concessio antecedente nego Consequentiam; & nego eam ab hoc auctore vocum probatam esse. Probaverat quidem (quod nemo negaverat) à Christo Domino assumpta esse verba secundum significationem quam habent in hominum institutione: sed nunquam potuit, quòd Christus assumpserit verba vocalia cum circumstantijs non vocalibus, per quæ in vñu & familiari conversatione hominum significatio vocum incompleta solet compleri: hoc autem nunquam probatum est, aut ab illo probari potest, quia nemo negaverit, potuisse Christum sumere pro forma pura verba vocalia, significationem completè absque admissione circumstantiarum, prout fecit in alijs Sacramentis (excepto Matrimonio): si Christus hoc facere potuit, cur non quæstio facti, an defacto fecerit. Hæc quæstio non est resolvenda ex vñu hominum, aut à traditionibus, sed ex traditione, quæ per auctoritatem & consensum doctorum innoscitur, quorum nullus non improbatet absolutionem factam per verbum: *Etiam*. Quod si de hoc Sacramentali iudicio dicere licet quod in iudicijs humanis scire certum est, quidni ergo poterit scire certum est, quidni murus absolvere per solos murus, non potest homo murus dimittere debitum (solum murus) quidni poterit absolvi absens, petens absolutionem per procuratorem, ut sit in iudicijs humanis? quidni poterit absolvi qui nunquam interfuit? quidni poterit absolvi post mortem? quid in his & similibus recurrendum est ad Christi institutionem specialem, quæ voluit hunc iudicium aliquid inesse speciale: Deinde cur non valde Baptismus per solum verbum *Etiam*: si quis rogaret, ut affunderem aquam & baptizarem illum in Nomine Patris & Filij, & Spiritus S. non quid Joannis baptismus collatus petenti, etiam sine vocibus valuisse, nunquid servo roganti non